

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Ivsti Henningii Boehmeri, Icti, Potent. Regi Borvss. A Consil.
Int. Regim. Dvcat. Magdeb. Cancell. Director. Reg. Frideric.
Eivsdemqve Prof. Ivrr. ...**

Böhmer, Justus Henning

Halae Magdebvrgicae, MDCCLXXIII.

VD18 12136018

Cap. VIII. De Iure Imperantium Circa Poenas.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-202771

CAP. VIII.
DE IVRE IMPERANTIVM
CIRCA POENAS.

§. I.

Inter homines in *statu naturali* positos, nulla proprie dicta pœna obtinere potest, cum hæc sit consequens necessarium *iudiciorum. k)*

§. II.

k) Præterea potissimum pœna infertur ob *malum actionis*, quod alter gessit. Iam autem in *statu naturali* nemini concedendum est arbitrium in alterum, & iudicandi facultas, quia sic foret superior. Vnde *bellum punitivum*, quod GROTIUS statuit, est non ens. Neque obitat, quod Deus puniisse dicatur gentes per Israëlitas; nam Israëlitaë fuere meri *executores diuinorum iudiciorum*, nec sua sed Dei auctoritate, quicquid mali gentibus intulerunt, fecere. Antequam vero hinc abeam, paucis respondendum erit auctori *rr. du gouvernement civil c. 1. §. 4. seqq.* vbi euincere conatur, naturam unicuique dedisse facultatem puniendi violationem iuris naturalis, ut violans impediatur, ne ulterius contra illud agat. Lex loix de la nature, pergit, aussi loin, que toutes les autres loix, qui regardent les hommes en ces mondes, seroient entiere-ment inutiles, si personne dans l'estat de nature, n'avoit le pouvoir de les faire executer, & de reprimer ceux, qui lui font just. Hactenus bene. Singulis datum est ius, se suaque defendendi, & resistendi aggressori, imo defendendi eum, qui iniuriam patitur. At in defensione nulla pœna est. Nihilominus tamen exinde infert, quod in *statu naturali* quilibet ius habeat
in

§. II. Simile quid ramen in eo statu obtinet, *vindicta* 1) scilicet, quæ inter *pares* locum habet,

in alterum, ut possit delinquenti pœnam delicto conformem infligere. Qui enim, ait, *iūs naturæ* violat, generi humano merito metuendus est, cum vinculum illud, quod manus altissimi constituit, ad præcauendum, ne quis iniuriam accipiat, vimque patiatur, ab huiusmodi homine conculcetur & rumpatur, quo ipso totum genus humanum, non tantum is ladiatur, cui iniuria illata, & sicuti quilibet ad cōservationem generis humani promouendam obstrictus est, ita ius habere singuli debent, eos puniendi, qui contra genus humanum delinquant. Ut vero hanc hypothèsin plenius illustret, exemplum de peregrino adducit, quem imperans punire potest, si crimen intra fines imperii sui commisit, utut haud subsit legibus illius imperantis. Verum exemplum hoc nihil euincit. Supra euictum est, peregrinos, quatenus intra limites alterius imperantis versantur, haberi pro *subditis*, & se accommodare debere ad leges illius reipublicæ, & hoc intuitu ius puniendi peregrinum imperanti tribuendum est. Et qui in statu naturali aliquem violat, non statim totum genus humanum violat, *VIATOR* contendit, sed læsum, cui tantum ius est, iniuriam suam vindicandi, quam si negligit, aliis ius puniendi minime concedendum. Atqui ait, talis homo omnibus noxius esse creditur. Enim vero inde nullum ius puniendi petendum, sed tantum ab eiusmodi homine nobis cauendum est. Et cum in statu naturali nemo de aliorum actionibus iudicare queat, insolens foret, ius puniendi singulis tribuere, quod iudicium de actionibus alterius præsupponit, quid quod non possent non sub prætextu puniendi quæuis mala, turbæ, scelera nefanda, aliaque crimina committi &c.

1) Hinc *bella vindicatoria*, quibus iniuria illata tot hominum

bet, qua potissimum quilibet securitatem propriam tuetur, adeoque per *bellum* inter gentes, vel similes vias exercetur.

§. III. Introductis ciuitatibus *vindicta* omnis priuata cessare debuit, quæ proinde in *crimen publicum m)* incidit.

§. IV. Quatenus ramen lege publica in quibusdam casibus *priuata vindicta* singulis permitta, *n)* eatenus impunitatem, & effectum iuris habet.

§. V.

num sanguine reparatur, atque hætenus talis, præsupposito damno iniuste illato, inter gentes iniqua non est, seu genti iniquæ nulla eo ipso inferitur iniuria, vt is, qui vindicat iniurias, contra præcepta *honestatis* peccare possit.

m) Ideo sunt *imperia* & *iudicia* ordinata, ne quis sibi ipsi ius dicat, & suum dolorem vindicet. Et si studium vindictæ priuatæ non coërceretur, securitas publica, rerumpublicarum finis, obtineri non posset. Quin quod, cum *vindicta* per bellum in statu naturali exerceatur, non esset sublatu status naturalis, id quod tamen per ciuitates factum esse, ex prima ciuitatum origine patet. Quod ergo inter gentes *vim iuris* habet, id in ciuitate in delictum incidit. Inde est *crimen fractæ pacis publicæ*. Inde dependet *duellorum* ... *iustitia* &c.

n) Exemplum est in *retorsione iniuriarum* & aliis in materiis, de quibus ex professo egit STRVVIVS de *vindicta priuata*. Alia quæstio est, an princeps suo officio satisfaciatur, si priuatam concedat vindictam, quam per iudicia posset exercere? quod nego. Idque ex *sine rerumpublicarum* apparet, vt corruptus status reipublicæ aliquando imperantem excuset, si huic libidini satis resistere.

§. V. Quandoquidem homines per coalitionem in ciuitates non meliores fiunt, sed effrenem suam naturam retinent, ideo *medium* aliquod eiusmodi excogitandum fuit, quod naturæ eorum inimicum esset, o) vt sub hoc metu absterrentur ab omni *effreni libidine*, & *pruritu nocendi*, ad quem plerique proclives sunt.

§. VI.

sistere nequeat. Sæpius audias imperantem cum Tiberio apud TACITVM lib. 3. *annal.* infirmitatem suam ita excusare debere: *Nescio an suafurus fuerim, omittere potius præualida & adulta vitia, quam hoc adsequi, ut palam fieret, quibus flagitiis impares essemus.*

- o) Sicuti fææ ad mansuetudinem non aliter reducuntur, quam per illud, quod earum naturæ aduersum est, h. e. per plagas, famem, ita cum homines natura sua auersantur dolores, mortem, infamiam, amissionem bonorum &c. per positionem horum contrariorum actuum ad frugem reducendi sunt, hoc effectu, vt quiete & pacifice omnia in republica agantur. Inde necessitas pænarum satis euidentis est, quam optime ex ratione reipublicæ deducit CICERO lib. V. in *Verrem*, p. m. 262. lit. e. inquit: *Perditæ ciuitates, desperatis omnibus rebus, hos solent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum restituantur, vincti soluantur, exules reducantur, res iudiciales rescindantur, quæ cum accidunt, nemo est, quin intelligat, ruere illam rempublicam.* Vnde & commendat IDEM lib. I. ad *Brut. epist.* 15. Solonis dictum, qui rempublicam duabus rebus contineri dixit, *præmio & pæna.* Optime denique necessitatem pænarum ex natura hominis deducit ARISTOT. lib. X. *Eth. c. ult.* aiens: *Vulgus non ita natum est, ut pudori obsequatur, sed ut metui, nec ut abstineant a prauis ob turpitudinem, sed ob supplicia.*

Bækmeri I. P. viii:

LI

p) Hæc

§. VI. Cum itaque hominibus inest *amor se conseruandi, & propellendi*, quæ naturæ eius sunt *aduersa*, inde fit, vt ob metum destructionis sui ipsius, vel eorum, quæ ipsimet sunt charissima, p) abstineant a re maxime cupita.

§. VII. Non ergo pænæ sunt, aut esse possunt *medium emendandi homines*, aut eosdem ad *pietatem internam* reducendi, sed tantum *frenum externum*, q) quibus cupiditates hominum, ne erumpant, refrenantur.

§. VIII.

p) Hæc ratio docet, quod pænæ pro personarum temperamentis sint infligendæ, & iudicium prudentiorum arbitrio committendæ, alias finis non facile obtinetur. Summe avarus non metuit dispendium famæ. Ambitiosus non adeo metuit periculum fortunarum &c. & ita avarus metu infamiæ non retrahitur a furtis &c. Quod vna eademque pæna omnibus inferatur, inde est, (1.) quia iudices rarius intelligunt naturam hominum, (2.) quia putant homines inter se non differre specie. Interim cum omnes homines vt plurimum in nonnullis conueniant v. c. quod mortem auerfentur, hinc legislatores facilius tales pœnas recte determinare, & delictis imponere possunt, quæ omnibus terrorem incuriant.

q) Pertinet huc vulgatum: *Oderunt peccare mali formidine pænæ*, & inde timor non diuturni magister officii appellatur a CICERONE in *Philipp. II.* Pontifex bene dixit, ideo se legem ferre, vt quos virtutis amor a vitio non retrahat, hos disciplinæ rigor coërceat. Huc respexit CICERO lib. I. de oratore p. m. 181. lit. D. vbi ait, *legum & pœnarum hunc finem esse, scil. dominas habere libidines, coërccere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere.* Patet hoc quoque exinde,

§. VIII. Hoc sensu iuridico itaque *pœnæ diuinae* huc non pertinent, quæ plane aliam habent rationem & indolem; vel enim *malum necessarium*, r) quod ex prauis actionibus per se fluit, repræsentant: vel *paternam castigationem*, vel *iustum Dei iudicium*, quamuis *extraordinarium* in hac vita, denotant.

§. IX.

inde, quod homo, quoties putat, se clanculum & impune cupiditates suas exercere posse, facile delinquat, cum nihil iam adsit, quod ipsum retrahere possit, vti CICERO recte iudicat lib. I. de LL. aiens: *quid faciet is homo (impius) in tenebris, qui nihil timeret testem vel iudicem? quid in deserto loco nactus, quem multo auro spoliare possit imbecillum atque solum &c.* Iino qui mortem non timent, ab his nemo securus est. *Quisquis vitam suam contempsit, tuæ dominus est*, ait SENECA ep. 4. Atque in hunc finem omnia illa externa terculamenta, quæ in ciuitatibus haberi solent, inuenta sunt. De Romulo ita scribit DIONYS. HALICARNASS. lib. II. *Cum videret, ipsum metum homines ab omni facinore detertere maxime posse, multa ad eam rem parauit, & tribunal, ubi sedens iudicabat, in fori loco maxime conspicuo, & milites numero trecentos, qui ipsum sequebantur, speciem quandam formidabilem, & virgas, & secures a duodecim lictoribus prælatas, qui verbera promeritos in foro cædebant, & ceruices illorum, qui grauissima scelera patrassent, in omnium conspectu percutiebant.*

r) In sensu primo huc refero morbos, pericula & æternam damnationem. In secundo purgationem piorum, quæ genus pœnæ esse videtur, cum cupiditatibus naturalibus valde videatur inimica, & tamen medium sit necessarium ad emendationem vitæ. In tertio omnia mala intelligo extraordinaria, & huc pertinent bella, pestis, fames, incendia, diluiones, quæ mala Deus, quam-

§. IX. Finis itaque pœnarum *propositarum* est, vt homines suas cupiditates *metu hoc* coërceant: *infiictarum* vero, vt *tranquillitas publica* s) salua sit, quæ non posset obtineri, si pœnæ propositæ seuerè executioni non darentur.

§. X.

quamuis ex naturalibus causis profluant, *permittit* in iustum suum iudicium erga perditas ciuitates exercendum. Cum itaque homines per suas cupiditates has calamitates sibi ipsis attrahant, vtitur his Deus tanquam *pædagogia* aliqua, ad ceteros homines e somno excitandos, & ad pœnitentiam ducendos, non quod ita homines pii reddantur, sed quod sit instar clangoris tubæ, per quem expergeant ex sopore durissimo, vt ad mentem sanam redeant, & Deum timere incipiant. Bene CLERICVS in *Pentateuch. Exod. V, 3.* ait: *ipsorum hominum causa, vtque iis postea bene sit, mala quandoque humano generi inmittere, quasi phar-maca quadam, benefica est profecto natura, & communis omnium parentis.*

- s) Emendatio singulorum non semper intendi potest, vt apparet in pœnis vltimi supplicii. Verum securitas publica, & ceterorum semper intenditur. Nec obstat, quod aliquando vnice satisfactio læsi intendi videatur, vt in iniuriis; nam id absolute dici nequit, sed etiam hæc pœna priuata reipublicæ consulit. Scil. *propositio* pœnarum fit in singulorum commodum, vt boni ciues a malis tuti sint, mali vero metu hoc deterreantur a flagitiis. Ipsa *executio* pœnarum itidem reipublicæ causa fit, non in emendationem delinquentis, qui per pœnas emendari nequit; interim deterret talis executio reliquos, si videant pœnas non esse vanum terculamentum. Si deest executio, pœnarum propositio est frustranea, quia *maxima illecebra peccandi est impunitatis spes*, vt ait CICERO pro Milone. Proba-uit

§. X. Sicuti pœna metum effrenatæ libidini hominum iniicit, ita formalis ratio eius consistit in *positione mali alicuius seu doloris, quem propter delictum aliquod superior infert inferiori in communem reipublicæ tranquillitatem. r)*

§. XI. Ius puniendi & pœnas determinandi est penes imperantem u) in Republica, qui

uit hoc suo exemplo Cyrus apud XENOPHONTEM lib. I. de exped. Cyr. p. 267. lit. D. aientem: *Neque tamen hoc etiam dici potest, quod improbis & sceleratis illudere sibi permiserit, sed ita in eos animaduvertebat, ut prorsus ipsis non parceret, ac sæpe in numero tristis in viis erat cernere quosdam homines, qui pedibus, manibus, oculis multari essent. Quo factum, ut in iis locis, ubi Cyrus imperaret, cuius tam Græco quam barbaro neminem lædenti, secure liceret ius facere, quocunque vellet, & quicquid tandem secum gestare commodum esset. Merito itaque, ut CICERO lib. I. de offic. c. 25. ait, adhibenda est reipublicæ causa severitas, sine qua administrari ciuitas nulla potest.*

r) Sic itaque non est proprie pœna, nuda damni illati reparatio; licet enim lædenti aliquem dolorem inde capiat, non tamen propter delictum puniendum proprie infertur, sed tantum ei satisfit, cui aliquod damnum datum, atque adeo, quia simul reipublicæ interest, ne damnum alicui inferatur, & ut singulorum patrimonium in tuto sit, recte præterea animaduertit in huiusmodi lædentes, quod fieri non posset, si ipsa restitutio damni per se pœna esset.

u) Probatur hoc ex natura pœnarum, quæ a superiore infliguntur inferiori, tum ex natura imperii, quod etiam sese exferit in puniendis delictis; tum denique ex natura administrationis Reipubl.; penes quem enim

qui ad hoc obligatur x) reipublicæ, cui præest.

§. XII. Quemadmodum autem omnia, ita quoque pœnarum inflictio est *subordinanda salutis ciuitatis*, atque adeo, si ex illa maius damnum in eam redundat, differenda vel remittenda potius est. y)

§. XIII.

est primaria directio reipublicæ, penes illum quoque debet residere ius puniendi, cum illa sine pœnarum inflictione non possit expediri.

x) Constat hoc ex fine reipublicæ, quia ad omne id obligatur Princeps, sine quo salua non potest esse respublica; vnde PAVLVS quoque Rom. XIII. *ius gladii magistratui tribuit.*

y) Exempla in Dauide adsunt, qui in nascente regno suo homicidam Ioabum non puniuit, mortem quamuis meritum. Cassii & Bruti cædes cruenta Cæsaris valde afflicbat reipublicam, sed cum appareret, quæ strages reipublicæ ex pœna eorum immineret, displicuit ultio. FLORVS lib. IV. c. 7. n. 3. Simile est in medico, qui incurabile vulnus leuiter tractat. Sic si multi idem flagitium committere, non semper e re reipublicæ est, omnes æquali supplicio afficere. Hinc CICERO orat. pro Cluent. p. m. 380. lit. C. Statuerunt ita maiores, ut si a multis esset flagitium rei militaris commissum, sortitione in quosdam animaduertetur, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret, id quod TACITVS lib. III. annal. confirmat L. Apronii exemplo, qui decimum quemque fusti necauit, quæ decimatio dicta fuit lex patria apud Romanos. APPIANVS lib. II. de bell. ciu. p. 766. Alibi lex Petreia dicitur, id. p. 750, sed recte censet CASAVBONVS, legem patriam, νόμον πατρίαν legendum esse. Necessaria enim venia est, ait SENECA lib. II. de ira c. 10, ubi totus exercitus deseruit.

Hoc

§. XIII. Fluit exinde, *collegiis seu societati-*
bus æqualibus ius puniendi non competere, z)
& quamvis *pacto* inter se certam pœnam de-
terminauerint, illam tamen absque *executione*
superioris esse inefficacem.

§. XIV. Neque qui *docendi* tantum *mune-*
re funguntur, puniendi ius habent, a) licet
cen-

Hoc intuitu TACITVS lib. XII. *annal.* c. 54. reprehendit Felicem Palæstinæ præsidem, quod *remediis intempestiuis delicta accendisset.* Nam iudice CICERONE lib. II. *de offic.* c. 25. *omnis animaduersio debet non ad eius, qui punit aliquem, sed ad reipublicæ utilitatem referri.* Triumviratu inter Antonium, Lepidum & Augustum firmato sæuitum est grauiter in proceres reipublicæ. Cæsar Augustus solis percussoribus patris contentus fuit, de quo ita iudicat FLORVS lib. IV. c. 6. *in f.* *Hæc quoque nisi multa fuisset, etiam iustæ cædes haberetur.*

z) Pœnæ ratio potissima consistit in *executione.* Hæc collegium destituitur, quia deficit superior in collegio. Hoc unicuique tantum habet, ut si is, qui contra pacta collegii agit, qui stare pactis recusat, excludatur a collegio, quia hoc regulare est, ut societati renunciare debeat, qui se legibus societatis confirmare non vult. Quodsi tamen pacta illa confirmauerit imperans, tunc quia in leges proprie dictas transeunt, etiam a Magistratu pœnæ a Principe determinatæ exigí possunt.

a) Hoc inprimis pertinet ad *sacerdotale officium,* ex quo, quid de *cenfuris ecclesiasticis* censendum sit, apparet. Excommunicatio certe nihil aliud esse debebat, quam *exclusio a cœtu fidelium,* quia hæc non est pœna, sed ex natura collegii profluit, ut collegio excludatur, qui se non vult conformare ad leges collegii, secundum quas est institutum, quamvis, ut supra monitum, talis exclusio, cum ex affectu carnali fieri possit,

cenfuras & reprehenfiones, *amoris affectus*, adhibere poffint.

§. XV. Relinqui tamen etiam fubditis aliquod ius modice puniendi potuit, quatenus in republica *imperium quoddam* eis in certas perfonas b) eft relictum.

§. XVI.

poffit, recte reftingatur ab imperante. Sed quoad vitam civilem nullum debet habere effectum, vnde nec infamia exclufum fequi debebat. Inde nec doctioribus qua talibus vlla iurifdictio adfcribi poffit, nifi praterea fpeciatim ab imperante hæc illis in certas perfonas tributa fit, quo pertinet *iurifdictio Academica*.

- b) Talis potestas eft parentum in liberos, dominorum in feruos & famulos, mariti in vxorem. Hisce perfonis olim *ius vite & necis* competiffie, iura Rom. adhuc testantur. De maritali potestate veltigia paffim adhuc in antiquis monumentis occurrunt. De antiquis Gallis ita CAESAR lib. VI. de bello Gallico c. 19. n. 3: *Viri in vxores, ficut in liberos, vite necisque habent potestatem, & cum paterfamilias illuftriori loco natus vita deceffit, eius propinqui conueniunt, & de morte, fi res in fufpicionem venit, de vxoribus in feruilem modum quæftionem habent, & fi compertum eft, igne atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt.* De antiquis Germanis TACITVS de moribus German. hæc refert: pauciffima in tam numerosa gente adulteria, quarum pœna præfens & maritis permiffa. Accifis criminibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vitam verberatam agit, publicatæ enim pudicitie nulla venia. Komulum quoque talem potestatem puniendi vxores maritis tribuiffie, teftis eft DIONYS. HALICARNASS. lib. 2. antiq. Rom. aiens: *Si qua in re (vxor) deliquiffet, ipfum, qui iniurias paffus erat,* (mari-

§. XVI. Perinde autem est, utrum princeps ius puniendi *per se*, an *per alios* c) ad id constitutos exerceat, quod posterius ubi fit, oritur inde *iurisdictio criminalis*.

§. XVII. Manet tamen adhuc hæc differentia, quod imperantis ius puniendi sit *laxius*, cum *iure aggratiandi* coniunctum, subalterno-
rum vero magistratuum *adstrictius*. d)

§. XVIII.

(maritum) iudicem habebat, qui pœnæ magnitudinis erat arbiter. De his vero cognoscebant ipsi cognati cum viro, ubi violata fuisset pudicitia, & (quod omnium peccatorum leuissimum Græcis videretur) si quam mulierem vinum bibisse constitisset. Romulus enim hoc utrumque, ut muliebrium peccatorum gravissimum, puniri iussit, quia stuprum dementia, ebrietas vero stupri originem esse iudicauit. Et duravit hoc utrumque apud Romanos, ita ut inexorabilis ita esset. Probat hoc vltterius AVL. GELL. in Noctibus Atticis lib. X. c. 13. ubi verba M. Catonis hunc in finem adducit. Postea restricta quidem hæc potestas, sed non penitus abolita, quemadmodum iuris parvi & maritalis vestigia ubique supersunt.

c) Consultius putant Politici esse, si princeps potius per alios hoc ius exerceat, quam per se, ut ita magis amorem ciuium sibi conseruet. FÖRSTNER. ad Tacit. p. 1. p. 211. & 561. Cui obseruationi conferri potest, quod notat XENOPHON in Cyropæd. lib. 8. p. m. 293. lit. d. de Cyro, quam tamen, tanquam alius disciplinæ, hic exornare nolo. Conf. REINHARDI theatr. prudent. eleg. pag. 1288. Ceterum de indole iurisdictionis criminalis ex traditis cap. præced. satis iudicari potest.

d) Iudex inferior non potest durior aut mitior esse lege, neque pœnam mutare, quia legibus alligatur. Im-

§. XVIII. Quodsi inferiori iurisdictione criminalis concessa, illi *ex officio*, e) quod nomine imperantis gerit, incumbit inquirere in delicta, non expectata accusatione.

§. XIX. *Inquisitio* hæc potissimum consistit in delicti qualitate f) pernosceda, tum an accusatus autor sit delicti, & sic ius naturæ quoque dictitat, pro *reorum defensione* laborare debere iudicem.

§. XX. Puniendus tantum is est, g) qui deliquit, non alius.

§. XXI.

perans contra pœnam mutare, remittere, vel etiam extra ordinem grauiorem dictare potest, prout salus reipublicæ hoc postulare videtur.

e) Diximus, ad officium Principis spectare, punire delinquentes, & ad hoc obligatum esse. Quodsi iam hoc officium alteri demandat, idem officium incumbit magistratui inferiori. Neque enim hic agitur de privato singulorum interesse, quod singuli negligere possunt, sed potius de causa totius reipublicæ, quam per delictum suum delinquens afflixit, & ad quam sartam rectam conservandam imperans constitutus est.

f) Variant pœnæ pro delicti qualitate & quantitate. Neque sufficit constare de delicto commisso, nisi de persona delinquente, & eius animo, aliisque circumstantiis exacte constet. Dum itaque in hoc inquirere iudex iubetur, simul quoque præcauere debet, ne innocens condemnetur.

g) Optime CICERO lib. 3. de nat. Deor. in f. Ferretne vlla ciuitas latorem istiusmodi legis, vt condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquisset? Cam Sp. Cassium ob affectatam tyrannidem de saxo præcipitem dedissent, & nonnulli etiam ipsos Cassii liberos inter-

interficere conarentur, hoc atrox & perniciosum exemplum patribus visum est. Itaque cum in eum in curiam conuenissent, factum est SC. quo adolescentulis poena est remissa, illisque nec exilio multatis, nec ignominia affectis, nec alia calamitate accepta, tenuissime vivere concessum est. Et ab hoc, pergit DION. HALICARNASS. lib. VIII. usque ad hanc nostram aetatem hic mos Romæ perpetuo seruatus est, ut nulla parentum delicta liberi suo supplicio luant, siue illi sint tyrannorum filii, siue parricidarum, siue etiam proditorum, quod apud illos crimen est grauissimum. Et qui hunc morem antiquare aggressi sunt nostris temporibus circa finem Marsici & ciuilem belli, quique liberis patrum Sylla tempore proscriptorum ius paternos honores capiendi ademerunt, aditumque ad senatum intercluserunt, quo tempore ipsi rerum potiebantur, facinus & hominum inuidia, & Deorum indignatione dignum patrare visi sunt. Quapropter temporis progressu poena scelerum vindex non contemnenda eos est secuta, qua factum, ut ex altissimo gloria fastigio in infimam fortune abiectæ conditionem deciderint, & ne eorum quidem genus nisi per feminas amplius sit reliquum. Hoc intuitu forsitan CICERO lib. II. ad Brut. epist. 15. de suo tempore dixit: licet crudele sit, quod poenæ ad liberos, qui nihil meruerunt, perueniant, tamen id esse antiquum & omnium ciuitatum. Forsitan respexit ad mores Græcorum; nam alii quidem, ut ait DION. HALICARNASS. cit. l. ut liberi tyrannorum una cum ipsis patribus necentur, æquum esse censent, alii vero eos perpetuo exilio multant, quasi natura non ferat, ut boni filii ex malis patribus, aut mali ex bonis nascantur. De liberis Seiani constat, quod paterno supplicio interierint, TACIT. lib. 5. annal. in f. quod tamen contra ius naturæ est, nec Dei exemplo, poenas posteris propter peccata maiorum intentantis, hoc excusari potest, cum Deus uoce asserat, posteros seuerius se habiturum, quam piorum sobolem, propter peccata propria, quæ alioquin non puniret propter maiorum pietatem. Quam multa

§. XXI. Delicta non alia punienda sunt, quam quibus *lædiur tranquillitas reipublicæ.* b)

§. XXII.

multa Deus indulgentissime tulit in liberis Iacobi, quæ severe punire potuisset, nisi integritatis Iacobi rationem habuisset. Conf. 10. CLERICVS *ad pentateuch. Exod. XX, 5.* Ceterum diuersa est quæstio, an non alienum delictum alteri in pœnam quoque imputari possit, qui præcauere illud & potuisset, & debuisset? Sic non inique Messalinus Cotta censuit, *cauendum SCto, ut quanquam insontes magistratus, & culpa alienæ nescii prouincialibus vxorum criminibus perinde quam suis plecterentur, TACITVS lib. IV. annal. quia teste eod. lib. III. annal. pleraque crimina præsidibus obiurgabantur ex vxorum auaritia, & pessimis moribus, quibus prouincias corrumpebant.*

b) Pœnæ sunt medium conseruandi tranquillitatem reipublicæ, non vero emendandi malitiam hominum, quod ipsum per pœnas obtineri nequit. In corpore, ait CICERO *Philipp. VIII. p. m. 894. lit. d. si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, vri secarique patimur, ut membrorum aliquod potius, quam totum corpus intereat: sic in reipublicæ corpore, ut totum saluum sit, quicquid pestiferum est, amputetur.* Hoc posito vltierius extendendæ non sunt, quam in quem finem comparatæ. Multa inhonesta ab hominibus quotidie committuntur, quæ tamen pœnis subici nequeunt, quia, his perpetratis, salua adhuc stat reipublicæ salus. Neque pœnis eiusmodi inhonesta aboleri possunt, quæ non lædunt reipublicam, & sic inhumanum foret, legibus pœnalibus illa comprehendere, cum tantum pœnæ debeant esse subsidium, & vltimam medium conseruandæ salutis reipublicæ. Pertinet huc CICERONIS dictum, quod ex eius *fragment. de republ. lib. 2.* superest, vbi ita: *Statuo esse optime constitutam reipublicam, quæ ex tribus generibus illis, regali, optimatum & populari*

con-

§. XXII. Sic itaque actus *mere interni*, i) vtut satis vitiosi, pœnæ ciuili non subiacent, tum quod pœna non possit eosdem exstirpare, tum quod nemo inde lædatur.

§. XXIII. Eodem modo communes omnium hominum nœui a *pœnis* sunt immunes, k) quatenus

confusa modice, nec puniendo inuitet animum immanem ac ferum, nec omnia prætermittendo licentia ciues deteriores reddat.

i) Pertinet huc vulgatum: cogitationis pœnam nemo patitur. Deus solus est cogitationum & inclinationum iudex. Sic adulterium in foro politico non est ex sola inclinatione æstimandum secundum doctrinam Christi, sed ex actu externo, & sic aliter iudicamus in foro poli, aliter in foro soli. Huc respexit Cato apud GELLIVM in Noct. Attic. lib. 7. c. 3. aiens: *quæ lex tam acerba, quæ dicat: si quis illud facere voluerit, mille nummis dimidium familia multa esto: si quis plus quinquaginta iugera habere voluerit, tanta pœna esto: si quis maiorem pecudum numerum habere voluerit, tantum damni esto? Atqui nos omnia plura habere volumus, & id nobis iripune est.*

k) Sic ambitio, hypocrisis, auaritia, inhumanitas, per se non puniuntur, quia communis omnium hominum hæc est natura, & magis turbaretur respublica, si illi nœui quoque essent subiecti pœnis. Imo difficilius est, vt hæc vitia possint probari, cum se occultent semper, auaritia parsimoniam prætendat, hypocrisis pietatem simulat, inhumanitas prætextum iuris alleget, &c. Sed cum hi nœui sint fontes omnium ceterorum delictorum, respublicas turbantiam, alia ratio eorum vtique est, si in delictum proprie dictum & ciuile degenerant. Sic ex ambitione oritur contentus aliorum & iniuria, ex luxuria oritur stuprum &c. & hi effectus prauis haud debent esse impuniti.

l) Sic

tenus ex *affectibus externis* profluunt, nisi alterius læsionem complectantur; sic enim in delictorum classem incidunt.

§. XXIV. Cum vero intersit reipublicæ, ut hi nãui, quantum fieri potest, restringantur, non dubium, quin *fomenta* l) horum sub pœna possint prohiberi.

§. XXV. Sic etiam *actus intellectus*, m) qui in *conceptu mentis* subsistunt, pœnis humanis non subiacent, cum finis pœnarum eousque per-

l) Sic luxuriam augent *conuiuia*, *comportationes*, *cibi delicati* &c. Quid ergo prohibet, quo minus imperans posset sub pœna hæc prohibere, quemadmodum Romulus sub pœna graui mulieribus interdixit, *ne vinum biberent*, quoniam inde stupra & adulteria nascerentur. vid. Exegeſin ad §. 15. Auaritia est mater *usurarie prauitatis*. Quin ergo & hæc certus possit statui modus, non dubium. Impietatem & neglectum cultus promouet nimia *libertas*. Quid ergo prohibet, quo minus possit imperans sub pœna prohibere, ne die dominica sub pœna hoc vel illud fiat &c. Quamuis itaque per has pœnales constitutiones impii non emendentur interne, eatenus tamen finis obtinetur, ut, quantum fieri potest, affectus intimi magis magisque domentur, refrenentur, & omnis occasio amputetur, quibus se exserere possint. Sic ergo ludi, saltationes, publicæ comædiæ, comestationes solennes, dies festiui aliaque recte sub pœna prohibentur.

m) *An hæresis sit crimen*, varie disputant. Reuera est tamen *error in intellectu*, & sic per pœnam corrigi nequit, hæc per se reipublicæ nocet, quod vel Belgium ostendit, ubi variæ sectæ tolerantur. Turbæ si oriuntur, communiter ex odio eorum, qui religionem dominan-

pertingere haud possit, nec aliquod damnum reipublicæ inde afferatur, nisi præterea aliud concurrat delictum.

§. XXVI. Sic denique etiam alia crimina, quæ quidem *immediate* Deum, sed rempublicam plane non lædunt, a pœnis eximi solent. *n*)

§. XXVII. Pœna autem talis est infligenda, quæ sit *delicto proportionata*, *o*) h. e. quæ pro-

minantem defendunt, oriri solent. Tolerantia medium optimum. Nonnunquam sub tali errore simul voluntatis malitia latitat, vti olim tumultus rusticorum & Anabaptistarum docent. Sed tunc non error, sed delictum publicum punitur, quod in *seditione* consistit.

n) Huc tantum refero peccata contra præcepta amoris & honestatis internæ commissa. Minime vero periuria & blasphemiam. Qui periurus est, ne quidem vinculum, quo Respublica cohæret, servat, sed ad quamvis infidelitatem pronus est: imo periurium semper læsionem alterius continet. Blasphemiam plane viam sternit ad quæcunque mala perpetranda. Si vero princeps potest omnia cetera incitamenta pœnis subicere, quæ possunt vergere in perniciem reipublicæ, maxime blasphemos dimittere impunitos non debet.

o) Sic itaque ante omnia inquirenda est gravitas delicti, quæ desumenda (1.) ex *obiec*to, quod læsum: (2.) ex *effectu*, prout damnum illatum reipublicæ: (3.) *frequentia*, aliisque circumstantiis, quorsum imprimis pertinet, vt pœna illa statuatur, quæ possit homines abducere a delinquendo, & salutem publicam turbando. Hunc in finem optimi prudentisque legislatoris est, ipsorum delictorum fontes examinare: quædam enim ex *avaritia*, quædam ex *ambitione*, quædam ex *luxuria* fluunt. Cognitis fontibus cogitandum erat de tali pœna, quæ